



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Murenulæ Sacræ Vestis Sponsæ Regis Æterni  
Vermiculatæ Opus, De Privilegiis Ordinum Regularium**

**Alviset, Virginius**

**Campidonæ, 1673**

Caput 26. Circa sacra.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62361](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62361)

## CAPUT XXVI.

Circa Sacra.

## SUMMARIUM.

- 1 Regulares Laici vel in Sacris non existentes possunt cum licentia suorum Superiorum res sacras contingere.
- 2 Hoc in necessitate urgente licitum omnibus seculo Privilegio.
- 3 Etiam respectu S. Eucharistiae.

1 Eugen. IV. & Paul. V. concessit Casim. Calixt. III. & Sixt. IV. Minorib. & August. ut Fratres eorum Laici vel Clerici nondum sacris initiati, deputati Officio Sacristiae, seu alteri simili possint cum licentia Superiorum contrectare calices, corporalia, & res alias sacras, easque lavare cum opus fuerit. Casar. v. ornamenta. Confett. Bulla 9. Sixti IV. Rod. to. 1. bullar. in orac. eiusdem Sixti. Nota autem, quod in necessitate v. g. in incendio, incurso hostium, & generaliter ubi subest periculum irreverentiae seu profanationis talium rerum potest quilibet etiam Laicus, imò & famina eas contrectare, v. g. ad abscondendum. Quin etiam ipsum SS. Eucharistiae Sacramentum. Aut etiam ipsum consumere, & se cum illo communicare. Gloss. cap. pervenit. d. 2. de cons. Chapeauvil. de modomin. sac. cap. 4. quest. 6. Zambr. in decis. aur. cap. 3. dub. 7. Coninch. 3. par. quest. 83. ar. 3. & communiter alij.

## CAPUT XXVII.

Circa Studia.

## SUMMARIUM.

- 1 Occupati studiis sunt liberi ab horis, & satisfaciunt dicendo certum Psalmorum numerum.

- 2 Inter Regulares docenda lingua.
- 3 Et in his periti debent in promotionibus promovendi.
- 4 Generales Ordinum possunt conferre Doctoratus quibusdam suorum s. c. l.
- 7 Item & Professores S. Facundi.
- 8 Et PP. Societatis Iesu.
- 9 Regulares non sunt promovendi ad Doctoratus vel Pralaturas, nisi linguis studuerint.
- 10 Doctores regulares non debent frui Privilegio, nisi actu legant vel concionentur.

Clem. VII. concessit Theatinis Cupatis studijs Theologiae vel Canonum, ut satisfaciunt pro horis Dominicis recitando certum Psalmorum numerum per Superiorem illis praefigendum non minus septem aut sex, aut orationem Dominicam septies cum symbolo stolorum bis. Roder. to. 1. quest. 42. Portel. v. hor. & Can. num. 18. Capuc. annot. ad Casar. v. officium. diu. & quae citat Garcias. Vide dicta ubi de horis.

Et insuper nota quod An. 1610. Jul. Paul. V. seu S. Cardinal. Congreg. habito cum eo verbo sancivit, ut in omnibus Ordinibus doceatur lingua Graecae, Hebraeae, Arabica, Caldaica & Illud. Et ut caeteris paribus illi ad officia Pralaturas praeter alijs promoveantur, quibus de eiusmodi linguis callent. Quod decretum eadem S. Congreg. de propaganda fide de speciali mandato die VIII. postea innovavit An. 1623. die Octob. Et ne forte oblivione deperisset semper in Capitulis generalibus Provincialibus legi. Et ante ipsorum Capitulorum solutionem à Generali Provinciali super eius observantia sub pena privationis vocis act. & ipso facto incurrendae. Tum deinceps, quae novo tamen pracepto huiusmodi decreti eosdem Regulares commovefecit eadem S. Congreg. Anno die 11. April.